



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de**

**Romæ, MDCCXVIII**

Index Argumentorum Quæ in Secunda Parte Operis continentur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

# INDEX ARGUMENTORUM

*Quæ in Secunda Parte Operis continentur*

In Canones de Jurepatronatus defumptos  
ex Decretalibus Gregorii IX.

Lib. 3. tit. 38.

## COMMENTARIA

Pars Secunda

### CANON I., & II.

#### CASUS I.

ARGUMENTUM.



1 Juspatronatus est individuum tam secundum sui naturam, quam secundum Juris dispositionem. pag.2.

#### CASUS II.

ARGUMENTUM.

2 An, & quando Judex Laicus dividendo hæreditatem inter hæredes adjudicare possit uni ex illis Juspatronatus? Et an Testator possit hoc facere? pag.3.

#### CASUS III.

ARGUMENTUM.

3 Juspatronatus hæreditarium transit ad quoscumque hæredes etiam extraneos universaliter institutos. pag.4.

#### CASUS IV.

ARGUMENTUM.

4 Juspatronatus non transit ad hæredem institutum in re certa. Quòd tamen limitatur in aliquibus casibus. pag.5.

#### CASUS V.

ARGUMENTUM.

5 Juspatronatus ab initio hæreditarium, an fieri possit per successorem Fundatoris gentilitium. pag.6.

#### CASUS VI.

ARGUMENTUM.

6 Juspatronatus relictum à Fundatore pro Filiis, & ejus Descendentibus, & Successoribus est gentilitium, & in eo succedunt filii una cum Patre. pag.24.

#### CASUS VII.

ARGUMENTUM.

7 Mandante Testatore in testamento erigi Beneficium, & reservari Juspatronatus pro ejus hæredibus, & Propinquiorebus, si Episcopus in erectione Beneficii reservet Juspatronatus pro Filiis, & descendens Testatoris, an hujusmodi Juspatronatus sit Gentilitium, vel potius mixtum? pag.39.

#### CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

8 Fundator Beneficii si mandet in Te-  
\* 2 sta-

*Canones isti disponunt Juspatronatus esse individuum & transire ad Hæredes.*

# I N D E X

stamento reservati an Juspatronatus pro *eius hæredibus, & successoribus quibuscumque*, & deinde in alio testamento mandet reservari Juspatronatus pro *eius consanguineis, aut consanguineis consanguineorum*, & Episcopus in erectione reservet Juspatronatus ad formam primi testamenti, & non ad formam secundi; An hujusmodi Juspatronatus sit hæreditarium, aut potius mixtum, vel gentilitium. pag.46.

## C A S U S IX.

A R G U M E N T U M .

- 9 Reservato Jurepatronatus activo, vel passivo à Fundatore pro *eius Descendentibus* qui præterdit ad spectare Juspatronatus tanquam descendens, quomodo, & ex quibus probare teneatur hujusmodi descendentiæ? pag.49.

## C A S U S X.

A R G U M E N T U M .

- 10 Filius naturalis, aut adoptivus an succedere possit in Jurepatronatus Gentilitio, & quando constare dicatur de filiatione naturali? p.61.

## C A S U S XI.

A R G U M E N T U M .

- 11 Vocata à Fundatore familia sua ad Juspatronatus activum, aut passivum, an nomine *Familia sua* veniat solum familia effectiva disponentis, vel potius etiam alii de familia contentiva. pag.68.

## C A S U S XII.

A R G U M E N T U M .

- 12 Reservato Jurepatronatus à Fundatore favore *Primogeniti* de ejus familia, quis in eo succedere debeat Primogenitus Juris, vel potius Primogenitus facti? Et si unico partu nascantur duo gemelli de dicta familia, quis eorum dicendus sit Primogenitus ad effectum succedendi in Jurepatronatus Primogeniali. pag.73.

## C A S U S XIII.

A R G U M E N T U M .

- 13 Reservato Jurepatronatus favore Primogeniti de familia, an, & quando in eo succedere possit femina? pag.86.

## C A S U S XIV.

A R G U M E N T U M .

- 14 Reservato Jurepatronatus activo, vel passivo à Fundatore pro *eius Nepotibus*, an illud censeatur reservatum tantum pro Nepotibus ex fratre, vel pro Nepotibus tam ex fratre, quam ex sorore? p.90.

## C A S U S XV.

A R G U M E N T U M .

- 15 Substituta à Fundatore in Jurepatronatus Ecclesia Cathedrali in defectum eorum de familia, istis deficientibus, Juspatronatus, ad quem spectare dicatur ad Episcopum, vel potius ad Capitulum? Et si spectaret ad Episcopum, an eo defuncto, seu Sede Vacante Juspatronatus transfret in Capitulum. p.95.

## C A S U S XVI.

A R G U M E N T U M .

- 16 Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia sit hæreditarium, & an fiat hæreditarium, quando deficientibus ejus de familia, à Testatore fuisset facta substitutio favore causæ Piæ. pag.98.

## C A S U S XVII.

A R G U M E N T U M .

- 17 Juspatronatus gentilitium lineale in ultimo de linea non sit hæreditarium, obstante contraria lege foundationis; Et an Beneficiatus, qui simul sit Patronus liberè resignando Beneficium, possit ad illud præsentare? pag.99.

## C A S U S XVIII.

A R G U M E N T U M .

- 18 Juspatronatus reservatum à Fundatore pro hæredibus ac successoribus

# ARGUMENTORUM.

foribus alicujus ex affectione, & obligatione erga familiam, aut Domum illius est mixtum, concurrentibus præsertim præsentationibus factis uti *heredes de fami-*

*lia*, & in Jurepatronatus mixto qualitas hæreditaria non requiritur actu, sed sufficit in potentia. pag. 101.

## CANON III.

### CASUS I.

ARGUMENTUM.

19 Jus patronatus an competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ quoad omnes suos effectus? pag. 112.

### CASUS II.

ARGUMENTUM.

20 Ad effectum Prælationis præsentati à majori parte Patronorum, an major pars desumatur respectu singularum partium, aut respectu omnium pag. 113.

### CASUS III.

ARGUMENTUM.

21 Competente Jurepatronatus pluribus personis, si major pars præsentet scienter absolutè non idoneum, aut indignum; Minor autem pars præsentet Idoneum, & deinde eadem major pars variando præsentet alium Idoneum, an iste secundus præsentatus à majori parte sit instituendus, excluso præsentato à minori parte. pag. 114.

### CASUS IV.

ARGUMENTUM.

22 Competente Jurepatronatus quin-

## CANON IV. V. VI. VII., & VIII.

### CASUS I.

ARGUMENTUM.

25 Patronus Laicus, an ex præscriptione possit habere jus instituendi, & conferendi Beneficium Patronale? pag. 137.

### CASUS II.

ARGUMENTUM.

26 Si Papa mandet Patrono, quod provideat Ecclesiæ, an iste possit eam validè conferre? pag. 141.

quaginta Civibus, Loci A. uti universis, præsentatus à triginta, quorum aliqui præsentarunt eum per Procuratorem suæ debitis requisitis, alii per Epistolam, & alii, qui propriè non erant cives, sed Territoriales Loci A., & unus ex eis erat excommunicatus, an dicatur præsentatus à majori parte Patronorum respectivè ad alium præsentatum à viginti Civibus. pag. 119.

### CASUS V.

ARGUMENTUM.

23 Competente Jurepatronatus Parocho, & Parochianis, præsentatus à Parocho, & à nonnullis Parochianis, an dicatur præsentatus à majori parte Patronorum? pag. 127.

### CASUS VI.

ARGUMENTUM.

24 Gratia dispensationis obtenta à præsentato inhabili à majori parte Patronorum absque expressione com præsentati à minori parte habilis, an sit subreptitia. pag. 132.

### CASUS III.

ARGUMENTUM.

27 Cappellania Laicalis potest conferri à Patrono, sive Clerico, sive Laico, secus si deinde fiat erectio formalis illius auctoritate Ordinarii, quia tunc mutat statum, & naturam. pag. 143.

Canon iste disponit Præsentatum à majori Parte Patronorum esse præferendum præsentato à minori Parte, & quod Jus patronatus competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ.

Canones isti disponunt quòd Patronus non possit propria auctoritate instituere Clericum in Ecclesia Patronali.

CA-

C A S U S IV.

ARGUMENTUM.

28 Patronus si fiat Episcopus illius Diocesis, ubi existit Beneficium Patronale, an possit illud conferre; & quid si ipse sit translatus ad aliam Diocesim? pag. 146.

C A S U S V.

ARGUMENTUM.

29 Clericus qui recepit, & retinuit Be-

neficium à Patrono, an teneatur restituere fructus ejusdem Beneficii? pag. 148.

C A S U S VI.

ARGUMENTUM.

30 Qui recepit, aut retinuit Ecclesiam, vel Beneficium Patronale à Patrono Laico, vel Clerico, an sit ipso jure excommunicatus, vel potius excommunicandus. Et an possit ad illud præsentari. pag. 149.

C A N O N IX. X XI.

C A S U S I.

ARGUMENTUM.

*Canones isti concedunt Patrono Laico jus variandi, & Episcopo gratificationem inter plures præsentatos.*

31 Patronus Laicus quando, & quomodo possit variare correctivè, & privativè, aut potius accumulativè? pag. 155.

C A S U S II.

ARGUMENTUM.

32 An Patronus Laicus possit semel tantum, aut pluries variare. Et si præsentatio facta à Patrono Ecclesiastico sit nulla, an possit idem Patronus alium præsentare, & an in Jurepatronatus mixto competat Patrono Ecclesiastico jus variandi? pag. 157.

C A S U S III.

ARGUMENTUM.

33 Patronus Laicus an possit variare, novum præsentatum accumulando lite pendente inter præsentatos, quorum nullus cessit liti, aut decessit. pag. 161.

C A S U S IV.

ARGUMENTUM.

34 Patronus Laicus facta promissione, aut facto mandato procuræ præsentandi aliquem cum juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè; Si deinde variet alteram Personam accumulativè præsentando, an hujusmodi præsentatio accumulativa sustineatur,

& an sit locus absolutioni à juramento ad effectum agendi pro re scissione dictæ promissionis, aut mandati procuræ? pag. 164.

C A S U S V.

ARGUMENTUM.

35 Episcopus instituens secundum præsentatum à Patrono, rejiciendo primum, an sit puniendus. p. 169.

C A S U S VI.

ARGUMENTUM.

36 Præsentatus antiquior in ordine presbyterali, aut major natu, aut ornatior moribus cæteris paribus est præferendus, & gratificandus. pag. 170.

C A S U S VII.

ARGUMENTUM.

37 Originarius, seu Patrimonialis quoad affectionem Beneficii in concursu extranei dignoris an, & quando sit præferendus, & gratificandus ab Ordinario? pag. 175.

C A S U S VIII.

ARGUMENTUM.

38 Consanguineus Fundatoris, aut Patroni in paritate vocum an, & quando sit gratificandus, & præferendus alteri compræsentato? pag. 180.

C A S U S IX.

ARGUMENTUM.

39 Præsentatus habens pinguiorem vocem

# ARGUMENTORUM.

vocem cæteris paribus de jure est gratificandus, & præferendus in paritate vocum. pag.186.

## CASUS X.

### ARGUMENTUM.

40 Quando Maritus, & uxor fundarunt Cappellaniam merè Laicalem, & suos vocarunt Consanguineos, an gratificandi, & præferendi sint, qui sunt ex linea Mariti, vel potius qui sunt ex linea uxoris, & quid si ille, qui est de linea Mariti sit Laicus, ille verò, qui est de linea uxoris, sit Clericus. pag.187.

## CASUS XI.

### ARGUMENTUM.

41 Gratificatio, aut derogatio pro me-

## CANON

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

43 Substituta à Fundatore in Jurepatronatus gentilitio causa Pia, si ultimus de familia ejus vita durante donet alicui Juspatronatus, & fiat concordia inter Donatarium, & Causam Piam substitutam, per quam cedatur ab hac eidem Donatario, ejusque descendenti ad tertiam generationem Juspatronatus, & e contra relaxetur à Donatario favore Causæ Piæ certa summa pecuniarum, an hujusmodi concordia sit approbanda, vel potius improbanda tamquam Simoniacæ. pag.210.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

44 Simonia, an committatur, si quis nominetur ad Canonicatum erigendum cum pacto, ut futurus Canonicus teneatur rescire expensas, quæ erogantur in lite agitata pro dicti Canonicatus erectione? pag.213.

### CASUS III.

#### ARGUMENTUM.

45 Simoniam committit, qui convenit

dictate an habeat locum in Jurepatronatus spectante ad universitatem? pag.193.

## CASUS XII.

### ARGUMENTUM.

42 Ex duobus inhabilibus ad obtinendam Cappellaniam Sacerdotalem ex defectu ætatis, & æquè supplicentibus in Dataria pro dispensatione, quorum unus sit remotior, & alius propinquior ætati requisitæ, Papa quem gratificare debeat, seu cui concedere debeat dispensationem. pag.208.

## XII., & XIII.

cum Patrono, se aucturum dotem Beneficii, dummodo ad illud præsentetur, secus autem si solum supplicet pro præsentatione sui ipsius. pag.214.

## CASUS IV.

### ARGUMENTUM.

46 Præsentatio facta à Patrono cum pacto, ut Beneficiatus de fructibus Beneficii ei solvat certam pensionem, an sit Simoniacæ? p.216.

## CASUS V.

### ARGUMENTUM.

47 An jus nominandi ad Beneficium Ecclesiasticum donari possit sponso in Capitulis Matrimonialibus absque labe Simoniacæ. pag.218.

## CASUS VI.

### ARGUMENTUM.

48 Præsentatus ad Beneficium, si tempore præsentationis dederit Patrono certa munera, & accusetur de Simonia, an dictum Beneficium obtinere possit, & in eo institui in concursu alterius præsentati, qui de Simonia non sit accusatus. pag.219.

*Canones isti disponunt quod Juspatronatus per se ipse emi, vel vendi non possit absque labe Simoniacæ sub pena privationis illius.*

CA-

# M U S I N D E X

## C A S U S VII.

A R G U M E N T U M .

49 Jus nominandi ad Cappellanas mere Laicales an vendi, & emi possit absque Simonia. pag.222.

## C A S U S VIII.

A R G U M E N T U M .

50 Emens universitatem bonorum prin-

*Canones isti disponunt Juspatronatus transire cum universitate bonorum, & quando ad Exemptos transfertur, non minui Jus Episcopale in Ecclesia Patronali.*

52 Juspatronatus an transeat in conductorem ex contractu locationis inito super universitate, cui illud sit annexum. pag.228.

## C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

53 Juspatronatus titulo venditionis universitatis, cui sit annexum, an transeat in Emptorem, & ex quibus probetur annexio Jurispatronatus? pag.229.

## C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

54 Juspatronatus cum universitate bonorum renunciata à Religioso occasione ingressus in Religionem transit ad renunciatarium, & ad alios in renunciatione contemplatos. His autem defunctis, an cesset effectus renunciationis, aded, ut Juspatronatus redeat ad renunciantem, seu ad Monasterium ex Persona Religiosi renunciantis? pag.235.

## C A S U S IV.

A R G U M E N T U M .

55 An Juspatronatus transeat in creditorem cum re pignorata? p.239.

## C A S U S V.

A R G U M E N T U M .

56 An Juspatronatus transeat cum universitate sequestrata ad sequestrum. pag.240.

cipaliter, ut emat Juspatronatus ei annexum, an incurrat in poenas simoniacis inflictas, & quæ sint hujusmodi poenæ. pag.224.

## C A S U S IX.

A R G U M E N T U M .

51 Patronus potest presentare Filium ad Ecclesiam Vacantem. pag.227.

# C A N O N XIV. XV.

## C A S U S I.

A R G U M E N T U M .

52 Juspatronatus an transeat ad Maritum titulo dotis? pag.241.

## C A S U S VI.

A R G U M E N T U M .

57 Juspatronatus an transeat ad Maritum titulo dotis? pag.241.

## C A S U S VII.

A R G U M E N T U M .

An in confiscatione universitatis bonorum Patroni delinquentis facta à Judice Laico, comprehendatur etiam Juspatronatus? pag.244.

## C A S U S VIII.

A R G U M E N T U M .

58 Translato Jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis una cum universitate bonorum empta à Regularibus ad eorum Monasterium, visitatio ejusdem Ecclesiæ, ad quem spectet, ad Abbatem, vel potius ad Episcopum; & an Episcopus possit visitare Hospitale annexum eidem Ecclesiæ? pag.246.

## C A S U S IX.

A R G U M E N T U M .

69 Translato Jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis unâ cum universitate bonorum ad Monasterium Episcopus an possit exigere, ut sibi erigatur ibi Baldacchinum, occasione visitationis ejusdem Ecclesiæ? pag.254.

## C A S U S X.

A R G U M E N T U M .

60 Episcopo habenti ex Privilegio usum Crucis, an liceat occasione Jubilei, aut expositionis Venerabilis ingre

# ARGUMENTORUM.

ingredi Ecclesiam Patronalem, translata una cum Universitate bonorum ad Monasterium cum Cruce erecta? pag.255.

## CASUS XI.

ARGUMENTUM.

61 Episcopus, an possit exigere Cathedralicum, subsidium charitativum, portionem Canonicam, & occasione visitationis procuracionem ab Ecclesia Patronali, translato hujus Jurepatronatus cum universitate bonorum ad Exemptos? pag.258.

## CASUS XII.

ARGUMENTUM.

62 Translata Ecclesia Patronali cum universitate bonorum ad Monasterium, deputatio Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum in dicta Ecclesia, nec non earum

administratio an spectet ad Episcopum, vel potius ad Abbatem, & an Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere redditio- nem rationis bonorum ejusdem Ecclesie, ac onerum Missarum ad dictam Ecclesiam spectantium, revidendo ibi libros administra- tionis privativè ad Abbatem. pag.262.

## CASUS XIII.

ARGUMENTUM.

63 Parocho in associatione cadaverum, an liceat ingredi Ecclesiam Patro- nalem existentem intrà ejus limi- tes translata cum universitate bonorum ad Exemptos, cum stola, & Cruce elevata, ibique dare ultimum vale, & exequias pera- gere, & exigere quarum funera- lem pro cadaveribus ibi tumulan- dis? pag.266.

# CANON XVI. XVII., XVIII. XIX. XX.

## CASUS I.

ARGUMENTUM.

64 Concessa Ecclesia, aut Beneficio Patronali à Patrono loco Re- ligioso de consensu Episcopi, per hanc concessionem, quid censeatur dicto loco concessum? Submi- nistratio hostiarum, & vini pro sa- crificio Missæ an spectet ad Patro- num, cui ex Privilegio competunt decimæ, & primitiæ Ecclesie Pa- tronali concessæ loco Religioso, vel potius ad hujus Superiorem? pag.286.

## CASUS II.

ARGUMENTUM.

65 Juspatronatus Gentilitium, an do- nari possit per eos de familia, & an reservato Jurepatronatus favo- re familie, hoc competat tam No- bilibus, quam Ignobilibus ejus- dem familie. pag.293.

## CASUS III.

ARGUMENTUM.

66 Donato donatione inter vivos Jure-

patronatus ab ultimo de familia Fundatoris, si iste vergeat ad ino- piam, an Ecclesia teneatur ei præ- stare alimenta; Et si tam donans, quam Donatarius sit pauper, quis eorum sit preferendus? pag.296.

## CASUS III.

ARGUMENTUM.

67 Ad validitatem donationis Jurispa- tronatus favore Laici requiritur consensus Episcopi, & non suffi- cit consensus Vicarii Capitularis, Sede Vacante, aut Vicarii Gene- ralis, absque speciali mandato, secus in donatione Jurispatrona- tus facta Compatrono, aut Eccle- siæ. Et an hujusmodi consensus Ordinarii intervenire possit ex post facto, & retrorahi ad diem do- nationis? pag.300.

## CASUS V.

ARGUMENTUM.

68 Donatio Jurispatronatus facta à Sene an, & quando sustineatur, & an in donatione Jurispatronatus re- qui-

*Canones isti disponunt, quod non possit Patronus Laicus concedere Ecclesiam non vacantem Loco Religioso, & quid possit donari Juspatronatus Loco Religioso sine consensu Episcopi.*



# I N D E X

quirantur solemnitates statutariae ?  
pag. 305.

## C A S U S VI.

A R G U M E N T U M .

69 Donatio vniuersitatis bonorum, cui sit annexum Juspatronatus facta à Minore, an sustineatur ? pag. 309.

## C A S U S VII.

A R G U M E N T U M .

70 Donatio Jurispatronatus facta à No- vitio Patrono tempore suae proba- tionis, an, & quando sustinea- tur ? pag. 316.

## C A S U S VIII.

A R G U M E N T U M .

71 Donatio secunda Jurispatronatus, an sustineatur, quando conditio, sub qua fuit concepta prima do- natio non fuit impleta per primum

Donatarium intrà terminum statu- tum ? pag. 320.

## C A S U S IX.

A R G U M E N T U M .

72 Donatio Jurispatronatus, an resol- vatur per supervenientiam filio- rum Patroni donantis ? pag. 323.

## C A S U S X.

A R G U M E N T U M .

73 Patronus donato Jure praesentandi dumtaxat, an censeatur illud do- nasse cumularivè, vel privativè, & an donatio Juris praesentandi ab eo facta pro una vice tantum ad Beneficium vacaturum sustinea- tur ? pag. 325.

## C A S U S XI.

A R G U M E N T U M .

74 Donatarius Jurispatronatus, an pos- sit praesentare Donatorem ? p. 327.

# C A N O N XXI.

## C A S U S I.

A R G U M E N T U M .

*Canon iste dis-  
ponit quòd Pa-  
tronus nò pos-  
sit mutare, seu  
amovere Re-  
ctorem istitu-  
tum in Eccle-  
sia.*

75 **A**N Patronus possit mutare, & amovere Cappellanum à Cap- pellaniam ad nutum amovibili ? pag. 332.

## C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

76 Tutor Rupilli Patroni, an possit amo- vere Cappellanum ad nutum amo- vibilem. pag. 338.

## C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

77 An liceat Patrono ad libitum, & ad nutum amovere Rectorem seu Cu- ratum Ecclesiae Parochialis ? pag. 341.

## C A S U S IV.

A R G U M E N T U M .

78 Vicarii deputandi in Ecclesiis Paro- chialibus pleno Jure unitis Mona- sterio Regularium, an sint depu- tandi per Abbatem perpetui, seu

potius temporanei, & an deputari possint in Vicarios etiam Regula- res, & an unus Vicarius inservire possit pluribus Parochiis pleno Ju- re unitis Monasterio ? pag. 342.

## C A S U S V.

A R G U M E N T U M .

79 Apposita in limine foundationis Be- neficii à Fundatore conditione, quòd praesentatus ad illud non possit obtinere aliud Beneficium Ecclesiasticum, nisi hoc obtineat, possit Episcopus illum privare, & amovere à Beneficio ad instantiam Patroni, adeo ut iste possit alium praesentare ? pag. 356.

## C A S U S VI.

A R G U M E N T U M .

80 Beneficiatus si onera, ad quae tene- tur adimplere omiserit, an Epi- scopus possit illum à Beneficio re- movere, & Patronus alium praesentare ? pag. 361.

CA-

# ARGUMENTORUM.

## CASUS VII.

### ARGUMENTUM.

81 Beneficiatus incedens publicè, & palàm absque habitu, & tonsura, an privari, & removeri possit per Episcopum à Beneficio Patronali, & hoc impetrari in Dataria Apostolica. pag.362.

## CASUS VIII.

### ARGUMENTUM.

82 Præsentatus, seu nominatus ad Cappellaniam Laicalem, sive Legatum Pium debitum Clericis, si contrahat Matrimonium, an removeri possit per Patronum à dicta Cappellania, seu legato Pio? p.365.

## CANON XXII. XXIII XXIV.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

85 Patroni litigantes super pertinentia Jurispatronatus, si recurrant ad Judicem Laicum, in quam pœnam incidant? pag.373.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

86 Mota lite à Patrono contra Regulares super pertinentia Jurispatronatus Cappellæ existentis in eorum Ecclesia, an illorum Conservator cognoscere possit hujusmodi causam, sive potius cognitio spectet ad ordinarium? pag.377.

## CANON XXV.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

90 Quibus, & quod modis vacet Beneficium de Jurepatronatus. pag.417.

## CASUS IX.

### ARGUMENTUM.

83 An ex causa delictorum carnis possit amoveri Parochus, aut cogi ad permutandam Ecclesiam Parochialem de Jurepatronatus cum aliqua Cappellania? pag.367.

## CASUS X.

### ARGUMENTUM.

84 Patronus an possit removeere Confessarium ab ipso nominatum, & ab Episcopo deputatum in Ecclesia Patronali ad nutum, & absque causa? pag.368.

### CASUS III.

#### ARGUMENTUM.

87 Tempus à Jure præfinitum, quando currat, & quando non currat lite pendente super Jurepatronatus, & ejus possessione? pag.382.

### CASUS IV.

#### ARGUMENTUM.

88 Lite pendente super proprietate Jurispatronatus, an Judex possit dare institutionem Præsentato per Patronum putativum existentem in possessione præsentandi? p.389.

### CASUS V.

#### ARGUMENTUM.

89 Derogatio Jurispatronatus Laicalis in totum attentata lite, an, & quando habeat locum? pag.410.

*Canones isti disponunt, quod vacante Ecclesia, si controversia de Jurepatronatus inter Patronos non fuerit intra terminum Juris definitæ, possit Episcopus liberè ordinare Ecclesiam de Persona idonea*

*Canon iste disponit quod præsentatio fieri debeat Ecclesia vacante.*

91 Per adeptionem Episcopatus, an vacet Commenda, & an Summus Pontifex cum promotus ad Episcopatum dispensare possit, ut Beneficia Patronalia, retineat in præjudicium Patroni? pag.418.

\*\* 2

CA-

# I N D E X

## C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

- 92 Præsentatio ad Beneficium vacaturum an, & quando sustineatur? pag. 428.

## C A S U S IV.

A R G U M E N T U M .

- 93 Fructus Ecclesiæ Patronalis vacantis exacti, & non consumpti, vel inexacti, & pendentes ante obitum

*Canon iste disponit, quod existens in possessione præsentandi possit præsentare.*

- 95 **A**D acquirendam quasi possessionem quid requiratur? quomodo hujusmodi possessio probeatur, & quibus modis amittatur. pag. 443.

## C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

- 96 Possessio præsentandi antecessoris, an transmitti possit in hæredes, &

*Canon iste disponit quod fenerator non possit exigere ab Ecclesia Patronali, nisi id, quod fuerit ei reservatum in limine foundationis, & quod in eodem limine possit apponere conditiones, quas vult de consensu ordinarii.*

- 98 **S**uper Beneficiis Patronalibus ad hoc, ut reservari possit pensio, an requiratur consensus Patroni; aut illius, favore cuius reservatum fuit Jus patronatus passivum, & an possessio exigendi Pensionem contra Antecessorem suffragari possit Pensionario pro manutentione, etiam contra Successorem? pag. 479.

## C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

- 99 Pensio reservata super Beneficio patronali, an extinguatur ipso Jure per assumptionem militiæ Pontificiæ? pag. 482.

## C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

- 100 An, & quæ conditiones apponi à

Rectoris Regularis, vel decurrentes à die obitus, vacationis usque ad novam collationem ejusdem Ecclesiæ ad quem spectent? pag. 431.

## C A S U S V.

A R G U M E N T U M .

- 94 An in Beneficiis, seu Canonicatibus vacantibus de Jure patronatus habeat locum optio? pag. 438.

## C A N O N XXVI.

### C A S U S I.

A R G U M E N T U M .

- 95 **A**D acquirendam quasi possessionem quid requiratur? quomodo hujusmodi possessio probeatur, & quibus modis amittatur. pag. 443.

### C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

- 96 Possessio præsentandi antecessoris, an transmitti possit in hæredes, &

successores, & an ab istis valide allegari, etiam si actualiter non præsentaverint? pag. 458.

### C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

- 97 Existens in possessione præsentandi ad unum Beneficium, dicitur etiam esse in possessione quoad aliud Beneficium ejusdem foundationis? pag. 474.

## C A N O N XXVII.

### C A S U S I.

A R G U M E N T U M .

- 98 **S**uper Beneficiis Patronalibus ad hoc, ut reservari possit pensio, an requiratur consensus Patroni; aut illius, favore cuius reservatum fuit Jus patronatus passivum, & an possessio exigendi Pensionem contra Antecessorem suffragari possit Pensionario pro manutentione, etiam contra Successorem? pag. 479.

### C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

- 99 Pensio reservata super Beneficio patronali, an extinguatur ipso Jure per assumptionem militiæ Pontificiæ? pag. 482.

### C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

- 100 An, & quæ conditiones apponi à

Fundatore in limine foundationis Beneficii, & approbari possint ab Episcopo? pag. 499.

### C A S U S IV.

A R G U M E N T U M .

- 101 An Patronus in actu nominationis possit imponere Cappellano nova onera, & conditiones? pag. 508.

### C A S U S V.

A R G U M E N T U M .

- 102 Legato Dotium jam instituto, an Episcopus possit adjicere conditionem, quod Personæ nominandæ frequentaverint Doctrinam Christianam, & an possit prohibere habentibus Jus nominandi, ne nominent Personas sibi dependentes, & familiares? pag. 510.

### C A S U S VI.

A R G U M E N T U M .

- 103 Pactum appositum in limine Fundatio-

## ARGUMENTORUM.

dationis, quod Cappellania remaneat semper vacans, usquequò habilis ex Descendentibus adveniret ad illam obtinendam, & in tali casu interim bona assignata in Dotem eidem Cappellaniae possiderentur à Patrono approbatum ab Ordinario cum clausula -- *Quae tamen à dispositione SS. Canonum discreparent, approbare non intendit* -- non sustinetur? pag. 512.

### CASUS VII.

#### ARGUMENTUM.

104 Apposita lege in fundatione Archipresbyteratus in Ecclesia Cathedrali erecti, ut Archipresbyter teneatur exercere curam Animarum, an ipse Archipresbyter vigore hujus legis teneatur, etiam ad explicationem verbi Dei in diebus Dominicis? pag. 513.

### CASUS VIII.

#### ARGUMENTUM.

105 Quando in dispositione Testatoris fit mentio de pluribus oneribus Missarum. An omnia bona ibi relicta habeant annexa dicta onera? pag. 514.

### CASUS IX.

#### ARGUMENTUM.

106 Erecto Beneficio in Ecclesia Cathedrali, & apposito onere Beneficiato celebrandi Missas, & Divina Officia, ac inserviendi, & residendi in Ecclesia, an Beneficium sit residentiale? pag. 515.

### CASUS X.

#### ARGUMENTUM.

107 An Beneficium, cujus oneribus satisfieri non potest per alium, nisi in casu infirmitatis, & quod conferri potest Clerico, sit residentiale? pag. 518.

### CASUS XI.

#### ARGUMENTUM.

108 Apposito pacto in limine fundationis Canonicatus, quod Cano-

nicus teneatur residere, & interesse Divinis Officijs si non resideat, an, & quando amittat distributiones? pag. 520.

### CASUS XII.

#### ARGUMENTUM.

109 Apposito à Fundatore Collegiatae de Jurepatronatus onere Missae Conventualis, an, & quando Canonici teneantur ad illius applicationem pro Anima ejusdem Fundatoris? pag. 532.

### CASUS XIII.

#### ARGUMENTUM.

110 Imposito à Fundatore in limine fundationis onere Cappellano, quod celebret quotidie, an teneatur, etiam quotidie applicare Missam pro ejus Anima? pag. 540.

### CASUS XIV.

#### ARGUMENTUM.

111 Cappellania ex lege fundationis, an, & quando dicatur Sacerdotalis, & an Cappellano laboranti morbo Paralytico, possit concedi facultas celebrandi Missam, ad quam teneatur, cum assistentia Sacerdotis? pag. 543.

### CASUS XV.

#### ARGUMENTUM.

112 Requisita à Fundatore in limine fundationis Canonicatus qualitate actualis Sacerdotii respectu exterorum in actu praesentationis; An dicta qualitas censeatur, etiam volita respectu Consanguineorum, vel potius sufficiat, quod isti ad effectum obtinendi Canonicatum promoveri possit infra annum, quando nullus eorum est actu Sacerdos, & an cum Consanguineis sit quoad hoc dispensandum? pag. 552.

### CASUS XVI.

#### ARGUMENTUM.

113 Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum erectum in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali praesentandus sit aliquis in Sacris constitutu-

I N D E X

stitutus, sivè Presbyter, qui debeat celebrare, aut celebrari facere Missas, an hujusmodi Canonicatus sit Sacerdotalis; Et quid si qualitas Sacerdotalis fuisset Canonicatui adjecta post ejus creationem? pag. 554.

C A S U S X V I I .

ARGUMENTUM.

114 Ex eo, quod Fundator exegerit in Persona presentanda qualitates de Jure communi requisitas, exemplificando unam ex his qualitatibus, an, & quando inferatur voluisse constituere Juspatronatus passivum favore habentis dictam qualitatem exemplificatam? pag. 556.

C A S U S X V I I I .

ARGUMENTUM.

115 Exigente Fundatore in presentando ad Beneficium gradus magisterii in S. Theologia, aut Doctoratus in Decretis, aut Licentiatuæ in approbata Universitate, an possit presentari ad Beneficium ille, qui habet solum gradum Baccalaureatus, aut gradum magistrarii obtentum à Collegio Doctorum? pag. 562.

C A S U S X I X .

ARGUMENTUM.

116 Sacerdos gravatus oneribus Missarum non potest recipere nova onera, nisi utrisque intrà modicum tempus possit satisfacere? pag. 564.

C A S U S X X .

ARGUMENTUM.

117 Imposito onere Missarum à Fundatore in limine foundationis Cappellaniæ, & diminutis Redditibus pro earum celebratione assignatis, an, & quando earundem reductio concedenda sit? pag. 564.

C A S U S X X I .

ARGUMENTUM.

118 Quando onus est injunctum Legatario *taxativè* ad fructus rei lega-

ta, diminutis fructibus conceditur reductio oneris? pag. 566.

C A S U S X X I I .

ARGUMENTUM.

119 An, & quando obligatio Antecessorum non liget Successores ad effectum eis denegandi reductio- nem Missarum? pag. 567.

C A S U S X X I I I .

ARGUMENTUM.

120 Reductio Missarum facta ab Episcopo in limine foundationis Cappellaniæ sustinetur, & hæredes facta donatione in quantitate expressa per Testatorem ad nihil amplius tenentur, si ea tractu temporis minuatur quoad fructus? pag. 568.

C A S U S X X I V .

ARGUMENTUM.

121 An, & quando Beneficiatus teneatur ad omnia onera Beneficij non obstante ultimo statu in contrarium? pag. 569.

C A S U S X X V .

ARGUMENTUM.

122 An reductio onerum à Fundatore facta ab eo, qui excessit limites Commissionis reductio- nis sustinetur? pag. 570.

C A S U S X X V I .

ARGUMENTUM.

123 An sit locus reductio- ni Missarum à Fundatore in limine foundationis Cappellano impositarum, quando injunctum fuit hæredi onus subrogandi alium fundum tutum, & sufficientem pro illarum celebra- tione? pag. 571.

C A S U S X X V I I .

ARGUMENTUM.

124 A quibus debeatur supplementum annui redditus pro Sacris Suppellectilibus, cæterorumque Uten- siliis consumptione in celebrandis Missis à Testatore in limine funda- tionis Cappellaniæ volitis? pag. 572.

CA-

# ARGUMENTORUM.

## CASUS XXVIII.

### ARGUMENTUM.

125 An possit imponi Censuræ super Bonis à Fundatore pro Cappellaniis

ad effectum dicta Bona restaurandi, suspensa interim Cappellaniarum erectione, donè ex Pensionibus restauratorum Bonorum Censuræ extingatur? pag. 574.

## CANON XXVIII.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

126 Accedente Episcopo ad Ecclesiam Cathedralè, aut Collegiatam de Jurepatronatus Laicali, an liceat Patrono, eum associare ad sinistram, & uni ex Canonicis ad dexteram tam in ingressu, quàm in egressu ab Ecclesia; seu potius talis incessus, tam ad sinistram, quàm ad dexteram spectet privativè ad solos Canonicos? pag. 576.

quirendi in eis Juspatronatus, seu Jus presentandi? pag. 580.

### CASUS IV.

#### ARGUMENTUM.

129 Consensus Ordinarii requisitus in erectione Beneficii in Ecclesia Titulari cum reservatione Juspatronatus, an sit præstandus per Cardinalem Titularem, vel potius per Cardinalem Vicarium Urbis? pag. 582.

*Canon iste disponit Juspatronatus acquiri ex fundatione, constructione, & dotatione Ecclesie, & ad hoc ut acquiratur ex aliqua ex dictis causis requiri consensum Episcopi.*

### CASUS V.

#### ARGUMENTUM.

130 Ad effectum acquirendi Juspatronatus in limine fundationis, constructionis, aut dotationis Ecclesie, sive Beneficii; an requiratur expressa ejusdem Juspatronatus reservatio? pag. 590.

### CASUS VI.

#### ARGUMENTUM.

131 Ædificato, ac dotato Monasterio Monialium propriis Bonis, & expensis communitatis pro Puellis Nobilibus Civitatis, an Moniales possint recusare admittere in Educandas Puellas Nobiles ejusdem Civitatis, & his præferre Puellas Nobiles Exteras? pag. 592.

## CANON XXIX.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

132 Patronus, an possit nominare se ipsum ad Cappellaniam merè Laicalem? pag. 599.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

133 An Patronus possit presentare se ipsum ad Beneficium Ecclesiasticum per viam precum? pag. 600.

*Canon iste disponit, quod Patronus non possit se ipsum presentare ad Beneficium, seu Ecclesiam vacantem.*

I N D E X  
C A N O N XXX.

Canon iste disponit, quod Legatus à Latere possit sibi reservare, & liberè conferre Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastico invito, & irrequisito Patrono non verò Beneficia de Jurepatronatus laicali.

Canon iste disponit, quod Rector Ecclesie Parochialis possit eligere pro servitio sua Ecclesie Clericos ordinandos, etiam invito Patrono.

C A S U S Unicus.

A R G U M E N T U M.

134 **L**egatus à Latere, quæ Beneficia Jurispatronatus possit,

& quæ non possit sibi reservare, & liberè conferre? pag. 602.

C A N O N XXXI.

C A S U S I.

A R G U M E N T U M.

135 **E**lectio Sacristæ, Clerici inservientis Missis, ac deputatio Cappellani in Coadjutorem in Ecclesia Parochiali Patronali, casu, quo Parochus nequeat per se ipsum adimplere onera Parochiæ, ad quem spectet; Et an Patronus condemnari possit ad assignandam

eidem Coadjutori Congruam? pag. 604.

C A S U S II.

A R G U M E N T U M.

136 Canonico seni, aut infirmo Possidenti Canonicatum de Jurepatronatus, an dari possit Coadjutor cum futura successione absque consensu Patroni? pag. 608.

